



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes
peccatorum contriuisti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

M A R . L V T H E R I O P E R A T I O

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causis
dentes peccatorum contriuisti.

Prateritum pro futuro ponitur, si in Christi persona ante passionem au-
tur, sin post resurrectionem, est prosecutio Epinicij & laudis dei, pro-
exhortatione, ut dictum est satis.

Ex heb. pro sine causa, Hiero. transfluit maxillas, hoc modo: Quia pen-
stis omnium inimicorum meorum maxillas, & huic tum recte coenit, quo-
tur. Dentes peccatorum contriuisti. Atque ita, tautologia esse uidetur.

Est autem ordo. Non timebo incepit milia, nec mei fideles timebunt lan-
titudinem, quantum liber malorum & potentium, quoniam exploramus

habeo, quod soleas percutere consumptores & deuoratores meos, dum & me
scitas a mortuis, ut me deinceps uorare non possint, & fideles meos perfec-
confortas: ut eis nocere nequeant, quanquam ista percussio intelligi queratur.

statione populi Iudaici per Titum & Vespasianum. Nam & si adhuc sim mo-
daces & maledici in Christum & Christianos, tamen contriti & percussi si-

ut neminem uorare possint. Itaque dentes & maxillas habent, sed percussi si-
contritos. Sicut alibi, psal. lvij. Deus conteret dentes in ore ipsum, malorum

onum confringet dominus. Utitur autem hac metaphora maxilla & dentis
pro uerbis mordacibus, detractionibus, calunijs & huius generis noxijs, qui

hus innocentes opprimuntur: iuxta illud Prover. xxx. Generatio qui haer-
et stolus Gal. v. Si inuicem mordetis & comedetis, uidete ne ab inuenient confi-
mamini. & multis alijs scriptura locis, celebris est haec dentis & maxillae me-
taphora, ac per seipsum satis manifesta. Cōtra & sponsa Christi dentes quoq;

habet, Cant. iiiij. & vi. Dentes tui sicut greges tonsarum, qui ascendunt obli-
uacro, hoc est increpati, quibus Ecclesia mordet & arguit peccatores, mo-
sosq; conuertit, & sibi incorporat, sunt sicut oues detonsæ, mites, feliciter, argu-
tes sine furia & zelo, tum tonsæ, id est, rerum cura inanies, non quarentes luxu-

& lanam ouium, neq; enim uerbum predicare potuerunt, etiam Apofoli, & li-
mul seruire mensis, ut Act. iiiij. scribitur. Sed hæc alias.

Hi dentes figurati sunt in maxilla, quā Sampson leuauit & percussit in ea
mille uiros, Iudicij xv. Vnde & mitiore intelligentia, percutit & contient deus de-
tes peccatorum misericorditer, quādo per gratiam conuerstionis ex malis editis fu-

cit beneuolos, & ex criminotoribus ac detractoribus iustorum, predicatores &
laudatores eorum. Sicut sanctum Paulum lupum uoracissimum robustissimus

dentibus præualidum contriuit, & Apostolum fecit, deuoratorem omnium gen-
tium usq; in hodiernū diem. Quo sensu, & Isa. iiij. dicit: Conflabunt gladios su-
os in uomeres, & lanceas suas in falces. q.d. Mutabunt linguis noxiis in fal-
tares, & cultrices terrenorum hominum, ut sint uomeres corripiēdo, & falces

colligendo populos ad Christum.

Possunt item dentes intelligi allegorice, iuxta B. Aug. principes peccatorum,
quorum autoritate quisq; de societate recte uiuentium preciduntur, & qualius

corporatur male uiuentibus: quibus contrarij sint Principes iustorum, ut fa-
cerdotes, qui exemplo & uerbo bono commouent homines, ut credant & se
parati a sacrâ in ecclesiâ membra transeant. Et ad hoc aptatur illud Cant. iiiij.

Dentes pec-
catorum.

Aduertat he-
reticorum com-
bustores.

Dentes ecclie

Deus hostes
suum sepe ami-
cos reddit.

Nota, nostro-
rum detinū excō-
municationē
inuenies.

XV. de dentibus positum. Verum cuius in promptu est, dentium eiusmodi allegoris abundare, pluribus non agam.

Etiam autem psalmus non inutilis, pro consolandis pusillis conscientijs, si ad tropologiana trahatur, & per tribulatores dentesq; peccatorum intelligentur molestissimi illi insultus criminum, & conscientia malæ actæ uitæ. Nam hic vere laborat cor peccatorum, solitarium, infirmum, & desperatum, & nisi contra conscientiam deum inuocare, periculum est, ne maligni spiritus (qui in hoc negotio in tenebris perambulante, animam capere anhelant) tādem absorbeant per insitum in desperationem: Ideo fortissime firmādum est cor, & cum Christo, siue contra peccata conscientiam persequientia, siue contra poenas salutem impetrantes, dicendum cum fiducia.

Dominī est salus, & super populum tuum benedictio tua. Sela.

Pulcherrima conclusio, & uelut summa omnium affectuum prædictorum. Est autem sensus: Dominus solus est qui saluet & benedicat, atq; etiā si omni um malorum in unum cōueniat cahos, adhuc dominus est qui saluum faciat: In manu eius, salus, & benedictio: Quid ergo timeam⁹ quid non præsumam⁹ qui sciām deo nolēt, neminem perdi, neminem maledici, etiam si omnes pertulantur libet se seruari & benedicant. Atq; (ut Greg. Nazan.) deo dante nihil potest liuor, & deo non dante nihil potest labor. In qua sententia & Paulus dicit Ro. viij. Si deus pro nobis, quis contra nos? Ita rursus: Si deus contra illos, quis p̄ eis? Quare: quia domini est salus, non illorum, nec nostra, uana enim salus hominum. Inde Apo. vij. Benedictio, & charitas, & sapientia, & gratia, rumactio, honor, uirtus, & fortitudo deo nostro &c. Irem, ibidem: Salus deo nostro & agno. Et psal. cvij. Maledicent illi, tu uero benedices. Et Malath. ii. Maledicam benedictionibus uestris, & benedicam maledictionibus uestris. Dicat ergo felix Christus, dicat & Christiana anima in medijs tribulationib⁹, nihil refert q; illi me perdunt & maledicunt, non illorum, sed domini est seruare & benedicere. Nec prodest, q; seipso uiribus suis seruat, seu iuicem benedicunt, non ipsorum, sed domini est salus & benedictio, quo non seruante & benedicente, uidentur ad horā seruari & benedici, sed perduntur & maledicētur. Rursus illo seruante & benedicente, uidentur nos ad horam perdere & maledicere, sed reuera seruamur & benedicimur. Hoc uult psal. cxlvj. Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Et in huius fidutia solatium, olim in lege Mosi prohibitum est, ne homo hominem beneret, dicente deo, Nu. vj. Sic benedicteris filijs Israel, & sic dicetis eis: Benedic tibi dominus, & ego benedicam eis. O præceptū salutare, & necessarium, eur putas, nolit deus benedici illum ab homine? nisi quia iam tum illud præ cogitabat, Matth. v. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Sic enim apud homines agitur, ut psal. ix. scribitur: Qm̄ laudatur peccator in desiderijs suis, & iniquus benedicitur, nimis q; contra, iustus uituperatur & maledicitur, recte ergo & pientissime dicit dominus: EGO benedicam eis, q; hic uersus uelut repetens, dicit: Super populum tuū, benedictio tua. Quare hic uersus legendus est, ut Emphasis & Epitalis, cum eleuatione sit in genitivo, dñi, & in pronomine, E ī tua.

Quare mali
gnantium Ec
clesie excom
municatione
gaudendum.

Hois non est
benedicere.